

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6539

Autre(s) référence(s) : Bates 213 / Round 715

Auteur(s) : Robert, Mortain (comte)

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1070-1085]

Lieu d'émission : Pevensey

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert, comte de Mortain, donne St. Michael's Mount à Cornwall à l'abbaye du Mont Saint-Michel, avec l'accord de Guillaume [Ier], roi d'Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum...*, de *canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 7, p. 989 (« ex ipso autographo apud S. Michaellem in Normannia »).
- b. Oliver George, *Monasticon Diocesis Exoniensis*, being a collection of records and instruments illustrating the ancient conventual, collegiate, and eleemosynary foundations, in the counties of Cornwall and Devon, with historical notices, and a supplement, comprising a list of the dedications of churches, Londres, Longman, 1846, p. 31.
- c. Hull Peter Lawrence, *The Cartulary of St Michael's Mount*, Exeter, Devon and Cornwall Record Society (Devon and Cornwall Record Society, new series ; 5), 1962, n° 1, 2, 3.
- d. Hull Peter Lawrence, *The Foundation of St. Michael's Mount in Cornwall, a Priory of the Abbey of Mont St.-Michel*, dans *Millénaire monastique du Mont Saint-Michel, t. 1*, Histoire et vie monastique, Laporte Jean, Paris, p. Lethielleux, 1966, p. 703-724, p. 722.
- e. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 213, p. 664-671.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 715. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 208.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 665-667).

Texte établi d'après e

(Version I)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Ego Robertus Dei gratia Moritonii comes, igne divini amoris succensus, notifico omnibus sancte ecclesie matris nostre filiis, habens in bello sancti Michaelis vexillum, quoniam pro anime mee salute atque mee coniugis, seu pro salute, prosperitate, incolumitate Guillelmi gloriosissimi regis atque pro adipiscendo vite eterne premio, do et concedo Montem sancti Michaelis de Cornubia Deo et monachis ecclesie sancti Michaelis de Periculo Maris servientibus, cum dimidia terre hida, ita solutam et quietam ac liberam ut ego tenebam ab omnibus consuetudinibus, querelis et placitis. Et constituo etiam ut ipsi monachi, concedente domino meo rege, ibidem mercatum die quinte ferie habeant. Postea autem ut certissime comperi beati Michaelis meritis monachorumque mereri suffragiis michi a Deo ex propria coniuge mea filio concesso, auxi donum ipsi beato milicie celestis principi, dedi et dono in Manaech tres acras terre, Trevelaboth videlicet, Lismanaech, Trequaners, Carmailoc cum omnibus pertinentiis et duabas garbis vicinis, annuente piissimo domino meo Willelmo rege, cum Matilde regina, atque nobilibus illorum filiis Roberto comite, Willelmo Rufo, Henrico adhuc puero, ita quietam ac liberam de omnibus placitis, querælis atque forisfactis, ut de nulla re regie iustitie monachi respondebunt, nisi de solo homicidio.

Hanc autem donationem feci ego Robertus comes Moretonii, quam concesserunt rex Anglorum Willelmus atque regina et filii eorum sub testimonio eorum. + S(ignum) Willelmi regis. + S(ignum) regine Mathildis. + Roberti comitis. + Willelmi Rufi filii regis. + Henrici pueri. + Roberti comitis Moritonii. + Mathildis comitisse. + Willelmi filii eorum. + S(ignum) Willelmi filii Osberni. + S(ignum) Rogeri de Monte Gomeri. + Tosteni vicecomitis. + Gaurini. + Turulfi. Firmata atque roborata est hec carta.

(Version II)

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. AMEN. Ego Rotbertus Dei gratia Moritonii comes igne divini amoris succensus, notifico omnibus sancte ecclesie matris nostræ filiis, habens in bello sancti Michaelis vexillum quoniam pro anime meæ salute, atque meæ coniugis, seu pro salute, prosperitate, incolumitate Guill(el)mi gloriosissimi regis atque pro adipiscendo vitæ æternæ premio, do et concedo montem sancti Michaelis de Cornubia Deo et monachis ecclesie sancti MICHAELIS de Periculo Maris servientibus, cum dimidia terre hida, ita solutam et quietam ac liberam ut ego tenebam ab omnibus consuetudinibus, querelis et placitis, et constituo etiam ut ipsi monachi, concedente domino meo rege ibidem mercatum die quinte feriæ habeant. Postea autem ut certissime comperi beati MICHAELIS meritis monachorumque mereri suffragiis michi a Deo ex propria coniuge mea filio concesso, auxi donum ipsi beato miliciæ celestis principi, dedi et dono in Amanech tres acras terræ, Trauelaboth videlicet, Lismanaech, Trequauers, Carmailoc, annuente piissimo domino meo Guill(el)mo rege cum Malthide regina atque nobilibus illorum filiis Rotb(er)to comite, G(ui)ll(elm)o rufo, Henrico adhuc puero, ita quietam ac liberam de omnibus placitis, querelis atque forifactis, ut de nulla re regie iusticiæ monachi respondebunt, nisi de solo homicidio.

Hanc autem donacionem feci ego Rotbertus comes Moretonii quam concesserunt gloriosus rex Anglorum Will(el)m(us) atque regina et filii eorum, sub testimonio istorum.

S(ignum) Willelmi regis +. S(ignum) reginæ Mathildis +. S(ignum) Rotberti comitis +. S(ignum) Willelmi rufi filii regis. S(ignum) Henrici pueri. S(ignum) Rotberti comitis Moretonii +. S(ignum) Mathildis comitissæ +. S(ignum) Willelmi filii eorum +. S(ignum) Willelmi filii Osberni +. S(ignum) Rogeri de Monte Gomeri +. S(ignum) Tosteni vicecomitis +. S(ignum) Guarini +. S(ignum) Turulfi +.

Firmata atque roborata est hec carta anno millesimo lxxm o ab incarnatione domini, indictione xiiii, concurrente iii, luna viii, apud Pouenesel. S(ignum) Lurici Essecstrie episcopi.

Ego quidam Luricus Dei dono Essecstrie episcopus, iussione et exortacione domini nostri reverentissimi Gregorii pape regisque nostri, et regine, omnium optimatum totius regni Anglie exortatus ut ecclesiam beati archangeli Michaelis de Cornubia ut pote que officio et misterio angelico creditur atque conprobatur consecrari et sanctificari, quatinus eam, ab omni episcopali iure, potestate, seu subieccione liberarem atque exuerem, quod et facere totius cleri nostri consensu et exortatu non distuli. Libero igitur eam et exuo ab omni episcopali donacione, subieccione, inquietudine, et omnibus illis qui illam ecclesiam cum suis beneficiis et elemosinis expecierint et visitaverint, terciam partem penitenciarum suarum condonamus. Et ut hoc inconvulsum et inviolabile finetenus permaneat,

ex auctoritate Patris et Filii et Spiritus Sancti omnibus nostris successoribus interdicens ne aliquid contra hoc decretum usurpare presumant.

(Version III : le texte est identique à Version II jusqu'à la fin des signa)

Firmata atque roborata est hæc carta anno mo lxxmo xvto i ab incarnatione Domini, indictione xiiii, concurrente iii, luna viii, apud Peneusel. S(ignum) Liurici Essecestrie episcopi +.

Ego quidem Liuricus Dei dono Essecestrie episcopus, iussione et exhortatione domini nostri reverentissimi Gregorii pape, regisque nostri, et reginæ, omniumque optimatum tocius regni Angliæ exhortatus ut ecclesiam beati archangeli Michaelis de Cornubia utpote que officio et ministerio angelico creditur atque comprobatur consecrari ac sacrificari, quatinus eam, ab omni episcopali iure, potestate, seu subiectione liberarem atque exuerem, quod et facere totius cleri nostri consensu et hortatu non distuli. Libero igitur eam et exuo ab omni episcopali dominatione, subiectione, inquietudine, et omnibus illis qui illam ecclesiam suis cum beneficiis et elemosinis expecierint et visitaverint, terciam partem penitentiarum condonamus. Et ut hoc inconvulsum et immobile et etiam inviolabile finetenus permaneat, et ex auctoritate Patris et Filii et Spiritus Sancti omnibus nostris successoribus interdicens ne aliquid contra hoc decretum usurpare presumant.